

# HORLEVS HIPATVS<sup>7</sup>

Cognomento Ursus DUX III.

*Electus Anno 726. obiit 737.*

## INSCRIPTIO ANTIQVA.

*Exarchatum Ravennæ vindicavi, & Gregorio Pontifici restitui,  
Plebis tumultuantis errore perii.*

III



**M**arcum Heracleanum Vrsus exceptit Heracleanus & ipse. Venetam iste juventutem centuriis distributam, & rebus navalibus ita instruxit ludo præcipue Balistarum, ut ea, quæ timore hostis externi adhuc in Insulis delitescerat, nunc terrorem vicinis incuteret, Vrsoque Duce cruentos unguis primū in Longobardos excuit Ravennæ incubantes. Parebat hæc civitas Byzantino Imperatori, habenas regiminis moderante Exarcho. Civilium autem discordiarum fluctibus agitatam facile se oppressurum cum agnivisset Luithprandus Rex Longobardorum, Ildeprandum misit nepotem, qui fugato Exarcho Vrbem expugnavit. Is ad Venetam fi-